

DD. 10 ANNI VVEGM ANNO ET
 FELICI PEIERO Senatoribus & Tribunis
 Reipub. Tigurinae amplissimis, dominis & patronis
 suis obseruandis, Conradus Gesne-
 rus medicus S. D.



XIGVVM hunc libellum,
 clarissimi Viri, vobis nuncu-
 pare, & veluti Saturnalitiæ
 strenæ aut apophoretiloco, pro

cōsuetudine vulgari, nouo iam ineunte anno,
 offerre volui: ne absq; patronis tantillus, &
 multorum (vt video) calumnijs exponen-
 dus in publicum prodiret. Vos quidem il-
 lum pro auctoritate vestra, qua in Repub.
 nostra polletis: & insuper doctrina, qua in-
 ter paucos excellitis, defendere porestis. nec
 dubito quin etiam velitis: primum, quod me
 amari à vobis mihi persuaferim: deinde, quod
 vos quoq; præcepta fortè quædam valetu-
 dini vestræ tuendæ non inutilia in hoc libel-
 lo, reperturos sperem. Quòd si exile hoc mu-
 nusculum aspernati non fueritis, vt alte-
 rum etiam tertiumq; (quod strenæ etiam vo-